

# **Alberti ejusdem Imperatoris Epistola ad Ludovicum Sabaudum, pro tuendis juribus Episcopi Lausanensis circa Monetam, ano 1298**

Objekttyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Revue suisse de numismatique = Schweizerische numismatische Rundschau**

Band (Jahr): **2 (1892)**

PDF erstellt am: **04.07.2024**

## **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

## **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

so han ich Peter von Torberg Richter vorgevant mein Insigel für mich und mein Erben öffentlich gehenket an disen Brief, der gegeben war ze Berne an dem nechsten Donstag vor Sant Verena Tag einer heiligen Mägd in der jahrzahle da-man von Christus geburthe zahlet thusung drühundert eins und achzig jahr.

J. *Charta Ulrici Comitis Novi castri qua jus moneta retrocedit ad tempus a<sup>no</sup> 1221.*

Ulricus comes et Bertoldus Dominus novi castri universis præsens scriptum inspecturis etc. sciant qui scire voluerint, quod nos ex communi filionum nostrorum Willelmo Dei gratia Lausannensi Electo, civibusque Lausanensibus decem annis pro centum et tribus libris Lausanensibus, pignori monetam obligavimus, quam ab Episcopo Lausanensi ex scodo, apud novum castrum cudere habebamus, ita tamen ut decem a<sup>n</sup>is explectis nobis liceat eam redimere, et redimendi similem nostri heredis habeant libatatem, solutisque centum et tribus libris, apud Novum castrum habeamus eudere sic ut prius — Ne autem hoc infirmari voleat etc.

factum anno MCCXXI. 4<sup>o</sup> Julij idlus.

K. *Alberti ejusdem Imperatoris Epistola ad Ludovicum Sabaudum, pro tuendis juribus Episcopi Lausanensis circa Monetam, a<sup>no</sup> 1298..*

Albertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus spectabili viro Ludovico de Sabaudia<sup>e</sup> fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum, intellexit nostra serenitas, quod tu de novo monetam, moneta Lausanensi fere consimilem, cudi facias, prope terminos Lausanensis diocesis, ac etiam currere in terra tua, quam tenes in cadun diocesi Lausanensi contra antiquam consuetudinem, nec non in nostrum et imperij, ac venerabilis Lausanensis Episcopi, Principis nostri

suaeque ecclesiae praëjudicium et gravamen, ea propter fidelitati tue committimus et injungimus studiose, quatenus ab hujus modi cesses penitus et desistas, donec coram majestate nostra edoceas legitimis documentis, si quid tibi juris competat in hac parte, hoc nullatenus obmittendo — datum in Baden 6. Idus Aprilis Regni nostri a<sup>o</sup> primo.

L. *In Nomine Domine Amen.* E. Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod a<sup>o</sup> a Nativitate ejusdem Domini Millesimo, trecentesimo Nongesimo sexto, indictione quarta Die vero mensis Martij vicesima nona, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Benedicti divina providentia Papae decimi tertii a<sup>o</sup> secundo, in mei Notarii publici et Testium infra scriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum praesentia personalita constitutus Reverendus in Christo Pater et Dominus Guilhelmus de Menthonay, miseratione divina Lausanensis Episcopus, habito prius, prout asserit, consilio et matura deliberatione cum canonicis et civibus Lausanensibus ex una parte, et Magister Johanes de Quanturio de Mediolano Monetarius pro cudenda moneta praefati Domini Episcopi ex altera. — Idem vero D<sup>ns</sup> Episcopus concessit dicto Magistro Johani Monetam suam cudendam usque ad unum a<sup>o</sup>num, mene incipiendo et continue futurum tantummodo et non ultra in modum et formam inferius ordinatam et declaratam. — In primo videlicet dictus Magister Monetarius facere debet et cudere scutum quemlibet aureum cum armis praedicti Domini Episcopi ad Viginti tres Quarate, cum dimidio in lege auri fini, et de sexaginta uno pro Marca<sup>o</sup> De Troys in pondere cum octavo unius quarati de remedio in lege et de duodecim granis de remedio in pondere; Et tenetur dictus Magister Johannes dare Mercatoribus sexaginta unum scutum pro quolibet Marca auri fini, et accipiat dictus Dominus Episcopus pro Domino duodecim solidos,